



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

71 Coadiutores pluribus dantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

præ demerita alieni à communione fidelium ex suffragiis ecclesiæ, cui non parent, aherentur. *c. commissa. de elect. in 6. & Bal. in c. 1. in 2. elect. num. 12. de jud.*

69 Ad canonicatus autem † coadjutoria nunc conceduntur de stylo, cum stallo in choro, & voce in capitulo, quæ verba remouent difficultatem, an coadjutor vocem in capitulo habere possit, quia licet coadjutoria sint odiosa, & exorbi-
72 tantur à jure communi, ut per Mohed. *decif. 338. aliàs 10. de privileg.* & verba coadjutoria recipiant interpretationem à jure communi, quo inspecto, non competunt coadjutori, omnia competentia coadjuto, ut per Oldr. *d. conf. 44. nu. 3. Anchar. & Imol. in c. fin. de cle. agrot.* hæc procedunt in verbis dubiis, & ambiguis, sed, quando quis fuit datus coadjutor eum plena, libera, & omnimoda facultate, & 74 potestate cum stallo in choro, & voce in capitulo, ac omnibus, & singulis prærogatiuis, & honoribus intra, & extra ecclesiam, tanquam ejusdem ecclesiæ canonicis, cum in litteris Papa concedat stallum in choro, & vocem in capitulo indistincte, non potest limitari tantum ad vocem
70 activam, † quia verba generalia, generaliter intelligi debent. *l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præst. & Bart. in l. si de certa. n. 1. c. de transac.* ubi autem adsunt verba modo, quo supra, prægnantia, & generalia cum verbis, omnia, & singula, dicuntur verba operantur, quod coadjutor datus possit omnia agere, & exercere, quæ poterat coadjurus, *gl. in cap. 1. in ver. officium. & ibi Dom. & Franc. de cler. agrot.*
71 Coadjutores enim † pluribus de causis, & ad plures dignitates, & beneficia conceduntur, prime enim Episcopis dantur coadjutores, & Episcoporum appellatione

comprehenduntur Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi. *ut c. clericos. §. ordo vero. 21. dist. cum alii supra in c. 2. n. 26. par. 1. allegati.*

Coadjutor autem † est is, qui datur ex causa à Papa, jure, vel iudicis auctoritate ad coadjuvandum, & dicitur coadjutor à coadjuvando, ut per Abb. *in c. si. n. 1. de major. & ob. qui debet esse illius ætatis, quam beneficii qualitas requirit, † & deputatus Episcopo non minor 30. annis esse debet. c. cum in cunctis. de elec. & Ab. in d. c. si. n. 1. & quicquid ibi distinguat, quod, si quis deputatur coadjutor Episcopi in temporalibus sufficiat ætas 25. annorum, secus si in spiritualibus cum eodem mense, quo quis fit coadjutor Episcopi, possit per mortem coadjuti remanere Episcopus, ego teneo quocumque casu, quod † coadjutor Episcopi cum futura successione sine dispensatione Apostolica, deputari non valeat, nisi sit ætatis in qua ad Episcopatum assumi possit. per tex. in d. c. cum in cunctis. §. presenti decreto, ubi etiam *gl. de elect. Host. in sum. §. qui eligendus. n. 9. cod. tit. & conc. Trid. in c. 8. in fi. de resor. sess. 25.**

75 Pluribus autem de causis, † possunt dari coadjutores cum futura successione, nempe propter senectutem, propter aegritudinem, & amentiam, ut de Archiepiscopo tradit Navar. *in consil. 2. in pr. de cle. agrot. p. 1. & ego puto, quod possit etiam dari propter illiteraturam: cum propter illiteraturam possit quis ab Episcopatu removeri. c. fin. de etat. & qualitat. & Navar. in relect. cap. si quando. de rescript. & etiam Episcopi possunt coadjutores dare parochis illiteratis, & imperitis, ut per concil. Trid. in c. 6. de resor. sess. 21.*

76 Quæ autem coadjutor Episcopi † possit